Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



m impone manū sup eam. & uiuet. Et surgens ihs sequebat
eum. & discipuli ei. Et ecce mulier que sanguinis fluxum pa
tiebatur duodecim annis. accessit retro. & tetigit fimbriam
uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantū fimbriam
uestimenti ei. salua ero. At ihs conuersus. uidens eam dixit. Confide
filia. fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa
Ecce dies uenient Dnica. xxv. Jeremie pp̄ hora.
dicit dnis. & suscitabo dauid germen iustum. & regnabit
rex. & sapiens erit. & faciet iudicium & iustitiam in tra. In
diebus illis saluabitur iuda. & israel habitabit confidenter. Et hoc est
nomen quod uocabunt eum. dnis iust nr. Propter hoc ecce dies ue
nient. dicit dnis. & non dicent ultra uiuit dnis. qui eduxit filios
israel de tra egypti. sed uiuit dnis qui eduxit. & adduxit semen
domus israel de tra aquilonis. & de cunctis tris ad quas eie
cam eos illuc. Et habitabunt in tra sua dicit dnis omnipotens.
In illo t. Cum sublleuasset oculos ihs. S. Johanneo
& uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum. dicit ad
philippum. Unde ememus panes. ut manducent hi. Hoc autem
dicebat temptans eum. ipse enim sciebat quid esset faciturus. Res
pondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt
eis. ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex di
scipulis eius. andreas frater simonis petri. Est puer unus
hic. qui habet quinque panes ordeaceos. & duos pisces. Sed hec.
quid sunt tantos. Dixit ergo ihs. facite homines discumbere.
Erat autem fenum multum in loco. Discumbuerunt ergo uiri. nu
mero quasi quinque milia. Accepit ergo ihs panes. & cum gratias
egisset distribuit discumbentibus. Similiter ex piscibus. quantum uole
bant. Ut autem impleti sunt. dixit discipulis suis. Colligite